Fragmentarium

in dyaboli iniquitatibus ambulat. dyaboli adiutoriū neceſſarium
habet. Coloni enī dei. dyaboli auxiliū non requirunt. Colonus
autē dyaboli auxiliū dei. & ſi querit. non inueniet. lc. iii.
Uidiſti aliquando euntem ad furtum. deum orare. ut bene proſpe
retur in furto. Aut qui uadit ad fornicationem. numquid ſig
num crucis ponit in fronte. ut non comprehendatur in crimine.
Qđ ſi fecerit non iuuat. quia neſcit iuſticia dei. patrocinium
dare criminibus. Dominica xxiii.

Magiſter ſcimus quia uerax es et uiam dei in veri
tate doces a e v i a. aā. Interrogatus a iudeis domi
nus ſi licet cenſum dari ceſari reſpondit ihc et dixit red
dite ergo que ſunt ceſaris ceſari et que ſunt dei deo a e v ia.
Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari et que ſunt dei deo
a e v i a. lcio ſcī evglii. ſcđm matheum.
In illo t. Loquente ihu ad turbas. ecce princeps unus acceſſit.
& adorabat eum dicens. Dn̄e. filia mea modo defuncta eſt. & rel.
Octauum ſignum ē in quo. Omil. bī Jeronimi pbri. de e. l.
Princeps ſuſcitari poſtulat filiā ſuam. uolens de myſterio
circumciſionis excludi. Sed ſubintrauit mulier ſanguine fluens.
et octauo ſanatur loco. ut principis filia de hoc excluſa numero.
ueniat ad nonū. iuxta illud. qđ in pſalmo dicitur. Ethyopia
preueniet manus eius deo. Et tunc intrauerit plenitudo genti
um. tunc omnis iſrahel ſaluus erit. lc. viii.
Et ecce mulier que ſanguinis fluxum paciebatur duodecim
annis. acceſſit retro. & tetigit fimbriam ueſtimenti eius. In
evangelio ſcđm lucam ſcribitur. quia filia principis duodecim

License: cc-by-nc – Frauenfeld, Kantonsbibliothek Thurgau, X 480 III, back flyleaf recto – Liber Ordinarius
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-oxcp/10903/78874)